

theon³⁾ dicit, quod coronatur Arellate, postea Modoetie. Quidquid⁴⁾ fuerit de hoc, nunc servatur, quod in Alamania coronatur corona argentea et in Mediolano corona ferrea — modus coronationis habetur⁵⁾ supra capitulo VcI h⁴⁾) — et tunc potest administrare iura imperialia in Ytalia.

cap. 729 Imperator debet inungi et quare^{a)} 1).

Nullus autem rex aut imperator quantumcumque confirmatus per successionem <vel per electionem> vadens, non debet iura regalia administrare in aliquo regno, nisi prius inungatur et coronetur et fiant circa eum solempnitates regales, quia in unctione acquirit imperator quandam divinam²⁾ influentiam sui regiminis. Sic enim legitur de Saule rege Iudeorum primi Regum x.³⁾, quod cum fuisset inunctus per manus Samuellis summi sacerdotis, insiluit in eum spiritus domini et prophetavit; et <de> Salamone legitur tertii Regum tertio capitulo⁴⁾, quod cum fuisset inunctus in regem, promeruit divinam sapientiam; et in novo testamento videmus reges in sua coronatione promereri gratiam sanitatum ut rex Francorum et rex Anglie et rex Sicilie⁵⁾. Et similiter Saul rex factus non statim administravit iura regalia, donec per manus Samuelis summi sacerdotis fuisset inunctus et fierent circa eum solempnitates, quas dignitas regalis exposcit, ut habetur primi Regum x. b⁶⁾); et David factus rex non administravit iura regalia statim, nisi prius mortuo rege Saule fierent circa eum solempnitates regales, ut habetur primi Regum xvi. c⁷⁾ capitulo⁷⁾; et Ioadas^{d)} summus sacerdos inunxit^{e)} Ioas regem et posuit dyadema super capud eius⁸⁾. Item talis inunctio et coronatio per manus prelatorum est^{f)} quoddam signum subiectionis ipsorum ad ecclesiam, ut habetur supra capitulo CCCL⁹⁾.

cap. 730 Corona in Roma et quod totum ius imperii dependet a papa^{a)}.

Rex Romanorum acceptis duabus coronis in Alamania et in^{b)} Ytalia vadit Romam et ibi recipit coronam auream secundum modum dictum supra capitulo VcII¹⁾ et tunc iurat tertia vice ecclesie fidelitatis sacramentum, cuius forma habetur supra capitulo CCCXLI²⁾. Et quia Constantinus magnus in donatione imperii occidentalis facta ecclesie dixit³⁾, quod non est iustum quod imperator terrenus habeat potestatem, ubi ab imperatore celesti principatus sacerdotum et christiane religionis est constitutus, ideo imperator recepta^{c)} corona sequenti die, sicut habetur in Libro provintiali⁴⁾, exit de Roma et conscendit montem, qui est iuxta Romam et dicitur Monte Mallo⁵⁾, et stans

f) quid O g) ut add. O h) VI. cI A

³⁾ Gottfried von Viterbo, *Pantheon* (MG SS 22, 221); vgl. MF cap. 121 (Muratori¹ 11, 600). ⁴⁾ CM cap. 504.

cap. 729 a) Imperator — quare om. O b) xv AO c) xviii AO d) Judas O e) om. A f) et A

¹⁾ Vgl. GA cap. 235 und Tholomeus von Lucca, DC 9 f. ²⁾ divinam — Sicilie (vor Anm. 5) vgl. ebd. 39, 9—19. ³⁾ 1. Rg. 10, 10. ⁴⁾ 3. Rg. 3, 11 f. ⁵⁾ Vgl. M. Bloch, *Les rois thaumaturges* (1924) S. 133. ⁶⁾ 1. Rg. 10, 1 f. ⁷⁾ 1. Rg. 16, 1 ff. ⁸⁾ Vgl. 4. Rg. 11, 12 und Tholomeus von Lucca, DC 12, 28 ff. ⁹⁾ Vgl. CM cap. 371.

cap. 730 a) Corona — papa om. O b) om. O c) accepta O

¹⁾ CM cap. 505. ²⁾ CM cap. 356. ³⁾ Vgl. D. 96 c. 14 § 7. ⁴⁾ *Provinciale Rom.*, S. 259. ⁵⁾ Monte Mario.